



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Lvdovici Caroli II. Regis Siciliæ Filii, Ex Ordine  
Minorvm Episcopi Tolosani Vita**

**Sedulius, Henricus**

**Antverpiæ, 1602**

Cap. XIX. Sacramentis Ecclesiasticis pro more Christiano munitus, in  
precibus ad Deum, ad B. Mariam, moritur, ætate iuuenis, maturè senex,  
Maßiliæ sepultus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42834**

## CAPVT XIX.

*Sacramentis Ecclesiasticis pro more Christiano  
munitus, in precibus ad Deum, ad B. Ma-  
riam, moritur, & etate iuuenis, mature senex,  
Massiliae sepultus.*

**P**ro Christiano & Catholico ritu, Sacra-  
menta Ecclesiastica sibi iussit administra-  
ri, ipso die festo Assumptionis B. Mariæ Vir-  
ginis. Et si verò languore grauissimo adeò  
extenuatus esset, ut præter cutem & vix ossa  
hæretia nil haberet: tamen Dominico Chri-  
Salutis  
Christia-  
ne viati-  
cum su-  
bit. sti corpori, quod prisco Christiano more ad-  
portabatur, honorem debitum voluit exhibi-  
bere; cùm mox è lecto surgens iuit obuiam  
Christo, tum genua flectens ad altare, summis  
deuotione maximâ Christianæ salutis cer-  
tum fidumque viaticum. Quintadecimâ  
valetudinis die, cùm ex hac vitâ abijt, post  
longas orationes in lecto paullulùm residens  
oculos figebat in cælum; & precabatur assi-  
duè in hæc verba, *Adoramus te Christe & be- Test.  
nedicimus tibi: quia per sanctam crucem tuam S. Frac.  
redemisti mundum. Item illud Psalmi, Delicta Ps. 24  
iuuentutis meæ, & ignorantias meas mē memi- 7.  
neris Domine. Salutationem quoque ad bea-  
tissimam Virginem matrem continēter fre-  
B. Ma-  
riam in-  
mocans  
moriatur.quentabat. Rogatus, cur toties repeteret, Ci-  
tò moriar, inquit, & B. Maria iuuabit me. at-  
que ita obdormiuit in Domino, integrâ men-  
te,*

te, certis sensibus, Anno salutis nostræ mille-  
simo, ducentesimo, nonagesimo septimo,  
quarto decimo Kalendas Septembris, feriâ  
secundâ in octauis Assumptionis B. Mariæ,  
cuius fuit semper cultor studiosissimus. Fa-  
cies illius solito videbatur puchrior: nec mor-  
tuus, sed dormire. Sepultus est Massiliæ apud  
fratres Minores, prout testamento suo ip-  
se instituerat; in medio chori, magnificè  
peractis exsequiis. Conspectus est autem paullò post à fide dignissimis viris, qui se eum  
vidisse testati sunt in ecclesiæ choro, supra  
summum altare, formâ quâ notus erat: pon-  
tificio ornatu, eoq[ue] splendidissimo; facie  
admodum lœtâ & serenâ, felicitatem beati-  
tudinis æternæ significante: quæ omnium  
piorum desideratissima est alba meta. Ad-  
modum iuuenis obiit B. Ludouicus ætate:  
sed probitate morum mature senex, nume-  
rum annorum operum multitudine supera-  
uit. Canus non crinibus, sed sensibus: senex  
meritis non annis. *Aetas senectutis* (scribit  
Hæbraus Sapiens) *vita immaculata*. Totius  
vitæ decursus fuit, viginti trium annorum &  
sex mensium. Quartum decimum annum  
iam agere cœperat, cum obses mitteretur in  
Hispaniam pro patre; ibi hæsit annis circiter  
septem. à liberatione vixit plus minus duo  
bus annis, mensibus decem. *Consummatus*  
*in breui expleuit tempora multa: placita enim*  
*erat Deo anima illius: propter hoc properauit*  
*educere illum de medio iniquitatum. Et verò*  
quam

quam diu vixeris non refert, si recte: cum breve tempus ætatis, sat est longum ad benè hominis sat ne steçq; viuendū. Ante mortem, ille curauit longa ad bene vivere, ut bene moreretur. in vere iuuenili fecit fementem: iam messem immortalitatis. Igitur quinquam initio florentis ætatis ereptus; quantum ad gloriam, longissimum æuum peregit, cuius memoriam excipient omnes anni consequentes.

## CAPUT XX.

*Recensentur miracula, & prodigiosa beneficia,  
quæ in pios contulit viuus, mortuus, in tredecim paragraphos disparata.*

**Q**VEM locum B. Ludouicus obtinuerit apud Deum, non obscurè declarant frequentia prodigia & miracula, quibus eū mox à morte tum ad sepulchrum eius, tum alibi gloriose voluit illustrare. & operæ pretium est, de bene multis nonnulla promere, & dividere per partes.

§. 1. *De mortuis qui reuixerunt.*

**I.** **P**Errottus puer septennis continuatâ febre ad nonum usque diem, mortuus est. Septennis  
puer mortuus vita redditur  
S. Ludouici bene  
ficio. ter ad flebile funis cari filij eiulás, quem prece à S. Ludouico, cui fuerat studiosissimus, impetrauerat, rursus ab eo cum voto repetere incepit his verbis: S. Ludouice, carū meum pignus,